



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Quam ob caussam adhuc adsiduo expandit rete suum neq[ue] unqua[m] a  
mortalium cæde sibi temperabit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

ANNOTATIONES.

Vult ergo tantū propheta dicere. Quam egregiā  
Deum habetis. Sagena, id est, propria potestas uestra,  
uobis Dei loco colitur, licet à Deo nostro eadem uobis  
obtigerit. Præterea & in eam blasphemā diuinus ua-  
tes inuehitur, Quod gloriam Deo non tribuant, unde  
& apud Deum, ob ingentem illam ingratitude[m] &  
peruersum, uitioque dandum cultum, diem eis dicit.  
Perinde quasi dicat. Hic est fructus patientie tue, qua  
ultionem differendo, fortunam illorum amplias, ut ne  
dum homines supprimant, uerum & te ipsum impete-  
re non uereantur, gloriamq; tuam, reti potentie sue,  
quam à te receperunt, referant acceptam. Id in caussa  
est, quod pars eius habitior inde facta sit, & tibus eius  
uberius. Hoc est, tanta potestate, tantum adeptus est re-  
gnum, tantaq; bona. Hinc bene saginatus est. At bene  
saginatū esse, Idololatriam parit Mose in hymno suo  
confirmante. Impinguatus, incrassatus, dilatatus est, un-  
de recalcitrauit. Geminus ille Dei cultus, Immolare, a-  
dolere incensum, in perfrequenti Scripturae usu est. e-  
Mosi lege promanans. Num uero & Babylonijs ca-  
dem cultura ratio fuerit, Vel, an ne Propheta hisce uo-  
cibus, illorum uoluerit significare cultum, suo cuiusq;  
arbitrio relinquo. quandoquidem non multum in co-  
situm sit.

Quam ob causam adhuc adsiduo  
expandit rete suum neq; unquam a mor-  
talium cæde sibi temperabit.

E 2 Cresc.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit, ut adeo non saturatur, imò potius amplectur nummis auaritia. Eiusdem conditionis sunt, quæcunq; delitæ mortalium scelerate delitæ. Quo quisquam maiore honore præditus est, eo maioribus ornatum secutur. Quo pluribus quisquam terris populisq; dominatur, hoc ad dilatandos regni sui fines cupidior est.

De Alexandro Magno Græci Historici ita memorie prodiderunt, Quod dominandi eius libido, non satiabatur uno dumtaxat mundo. Eadem ratione & Habacuc irrestinguibilis habendi sitis regem Babyloniorum arguit. Nempe quod suo non contentus sit, sed etiam si fors eius pinguis sit, adhuc tamen rete suam sine contaxione expandat, ut regni sui fines augustiores reddat. Atq; hoc ipsum, homines interficere uocat. Nam & terras & populos consequi, secus fieri non potest, quàm cæde hominum. Id uero latrocinantia auaritia parum curæ est, modo ditescat & impinguetur. Hoc loci uides ipse, ut retis nomine, potestas eius accipienda sit, qua homines cum trucidat, tum bonorum sibi spoliat.

## CAPVT SECVNDVM.

Hic super custodiam meam  
sto, & super munitionem  
consisto, uideoque & cons

templor